




R55  
877















# Instructiones Confessorum



INSTRVCTIO SVMMARIA PRO SVBCOM  
MISSARIIS, PENITENTIARIIS ET CON  
fessoribus pro executiōe negotij plenissimarū indulgēti  
arū & aliarū facultatū, in fauorē fabrice ecclesie seu Ba  
silice principis apostolorū de vrbe, per sanctissimū do  
minū nrm papā Leonē decimū modernū largis  
sime cōcessarū subdeputandis & ordinādīs.



Albertus dei & aplice sedis gratia sanctarū Magde  
burgen, ac Mogūtine sediū Archiep̄us, Primas &  
sacri Romani imperij in Germania archicācellari  
us, princeps elector ac admīstrator Halberstaden  
ecclesiarū Marchio Brandenburgen, Stetinen, Po  
meranie, Cassuborū Sclauorūq; dux Burggrauis Nurenber  
gen, & Rugie princeps. Et Guardianus fratrum ordinis minorū  
de obseruātia, cōuentus Moguntini cōmissarij apostolici Cū  
ctis viris ecclesiasticis, secularibus, & quorūcūq; ordinū etiā  
mendicantiū regularibus pro executione sacratissimi negotij  
plenissimarū indulgentiarū, & aliarū facultatū &c. in fauorem  
fabrice Basilice principis ap̄lorū de vrbe, per sanctissimū dñm  
nostrū Leonē decimū nuper gratiose cōcessarū, subdeputādīs  
& eligendis salutē in dño. Mittimus circūspectiōni vestre p  
cessū sumariū in executione negotij indulgentiarū huiusmodi  
obseruandū, quē per vos & quēlibet vestrū solū deū pre oculis  
habeñ, respectiue diligenter obseruari, ac sine scitu & cōsensu  
nostro nequaquā mutari volumus & mandamus sub sententijs  
censuris & penis in litteris apostolicis contentis.

¶ QVĒ LOCA SINT AD PROSECVTI  
onem indulgentiarum huiusmodi deputanda.

¶ In primis indulgentiarū huiusmodi p̄secutio fiat in Metro  
politan Moguntin & Magdeburgen. Ac illarū puinciarū nec  
nō Halberstaden cathedralibus Ac oppidorū & locorū insigniū  
collegiatis seu parrochialibus ecclesijs in qbus est cleri & po  
pli mltitudo. Seu ad eas ex vicinis locis cōmode cōfluere & co  
pia sacerdotū haberi poterit, que quidē loca aliquāta distantia  
a se inuicem sint semota.

¶ DE OBLIGATIONE ET FIDE EORVM  
quos subdeputauerimus, & electiōe cōfessorū p̄ eisdem.



**V**olumus auctoritate aplice vt oēs & singli subcommissarij  
nostri quibuscumque pfulgeant meritoꝝ titulis i eorꝝ subdeputationi  
dumodo psonaliter pntes fuerint, in manus nras aut officialis  
um nrorꝝ loco pstiti iuramenti pmittant, aut alias in verbo sa  
cerdotis spodeant. Quodqꝫ pfectu & utili  
tate sacrosancti huius negotij omni conatu pmouere velint. Et  
que a nobis sibi comissa acceperint laboriose fideliter & dili  
genter omni dolo fraudeqꝫ semotis, iuxta modu & forma ta in  
lris aplicis qꝫ pcessu nro hmoi cotentis psequi & debite execu  
tioni demandare, nec vlllo modo priuatu comodū aut vltra sti  
pendia eorꝝ lucrū aliqd' tpale querere quo possint ordinatiōi  
nre in toto vel in parte cotrauenire. Si qꝫ vero absentes sub de  
putauerimus, volumus nihilominus & auctoritate qua fugi  
mur decernimus eosde pari obligatiōe sedi aplice ac nobis im  
plicate, & ipso facto substitutiōis sue deuictos & obnoxios esse  
Huiusmodi itaqꝫ subcommissarij nri eligant cofessores qꝫqꝫ ex  
pedire viderit viros doctos pbate vite & laudabilis couersati  
onis in cofessionibus audiēdis exercitatos ad curā aiarꝝ, si se  
culares fuerint sacerdotes p locorꝝ ordinarios. Si vero regula  
res p audiēdis cofessionibus p eorꝝ superiores admissos, de quo  
ante oia fidē faciāt. Cofessores qꝫ sic electi ad manus subcom  
missariorꝝ nrorꝝ in vim prestiti iuramēti sacroscto huic nego  
tio fidelitatē in eorꝝ electiōe & anteqꝫ auctoritatē aplicā susce  
perint, iuxta modu & forma paulo ante pscriptos pmittāt. In  
hibētes nihilominus sub penis in Bulla aplice cotētistā subcom  
missarijs nris qꝫ cofessoribus eligēdis seu electis ne elemosynā  
cotributiōem, vel oblatōnem christifideliū caplis imponendā  
atingant, leuent, contrectent aut sibi vsurpent, verum christi  
fideles & personas sibi confessas, vt proprijs manibus eandē  
caplis imponant, vel si impediti fuerint per intermedijs fide  
les psonas imponi faciant adhortentur, inducant & remittāt.  
Caueātqꝫ sub similibus censuris & penis, ne alias penitentias  
qꝫ contributionem pro tam sancto opere iniungant pro audi  
ēdis etiam cofessionibus nihil omnino exigē.

**DE PREDICATORIBVS INSTITVENDIS,**

& quot & quibus diebus ac de qua materia predicare debeant.  
¶ Insuper prefati subcommissarii nri respectiue in proprijs personis  
si comode possint predicent Alioquin de vno vel de duobus do-  
ctis ac bonis predicatoribus populo acceptis pvideant, qui sin-  
gulis diebus vel saltē dñicis et festiuis ac Lune Mercurij et Ve-  
neris in ecclesijs pdictis p sonū cāpane vtriusq; sexus xpifideli-  
bus ad horā cōgruentē cōuocatis sermones faciāt. Et inter alia  
distinctionē et declarationē, articulorū, nūeri quātitatis, fructus  
et necessitatis gratiarum et facultatum Bulle apostolice insis-  
tant ac Christifideles exhortentur ad consequendas indul-  
gentias, gratias & indulta pro tam mediocri contributione  
ad tam necessarium opus predicte fabricę Basilicę principis a-  
postolorum de vrbe. Curentq; predicare de apostolice pote-  
statis institutione, precellentia, officio & auctoritate, & dein-  
excusabili obligatione quorumcunq; fidelium ad obediēdū  
dicte potestati. Et de sacre fidei mysteriis de contritione, con-  
fessione pctōrū venia & remissioē. Insuper de necessaria ac sa-  
lubri ptributioē ad tā magnificū & incredibile impēse opus se-  
pedicte fabricę iam pridē inceptū ac denuo cōsumandū. Quo  
cōpleto vix simile illius in toto orbe cōspiciet Est em̄ vehemē-  
ter indignū dictā pncipis ap̄lorū basilicā, que orthodoxe fidei  
& oīm ecclesię mater est, ac lancee que sacratissimū vnigeni-  
ti filij dei latus & cor trāsso dit atq; aperuit, & sacratissimi iuda-  
rij illius, ac corporū & reliquię apostolorū precipue Petri &  
Pauli, atq; sc̄torū p̄tificū & martyrum quorū infinitus est nume-  
rus, scriniū archā atq; sacrariū, ruinosam remanere Verū sicut  
pre ceteris vrbis Basilicis obtinet p̄cipatū deposito vetustatis  
situ atq; squalore nouitatis potius nitore supra alias chorusca  
re atq; refulgere decens est.

Nimia indul-  
gentiarū fre-  
quentia &  
abusus.

¶ Preterea predicatores pfati vesaniā illoꝝ oīno reuellere stu-  
deāt q̄ diabolo suggerēte, falso criminātur nimia indulgētiarū  
huiusmōi frequētia, nec nō abusum in prioribus indulgentijs  
circa elemosynas collectas &c. Et crebro pp̄lo inculcēt sumas-  
rie gratias & facultates in Bulla cōtentas, ac inhibitiōes & cē-  
suras grauissimas, cōtra exigētes aliqd pro publicatiōe, impe-  
dientes, cōtradicētes, detrahētes huic sacro sancto negotio. In-  
super publicēt suspēiones oīm indulgentiarū aliarū quibuscū

et ecclesijs, fabricis, monasterijs, hospitalibus, & alijs pñs locis, vniuersitatibus & cōfraternitatibus, & singularibus personis tam plenarias in vita q̄ in mortis articulo cōcessarū, nec nō confessionaliū indulgētiarū prioris t̄pis. Adhortent̄ q̄ christifideles grās, indulgētiās & facultates hmōi cōsequi cupientes, vt ad captas ad hoc deputatas elemosynā quā contribuere volunt & debēt p̄prijs manibus imponāt, neq̄ erubescāt pro honore dei & salute aīe sue in cōspectu hōm bene agere. Impeditis tñ licet paliorū fidedignorū manus cōtributiōes huiusmodi ad captas trāsmittere Ita tñ q̄ mandatarū huiusmodi impositionem nō differant. Demū p̄dicatores p̄fati iniūgant in singulis sermonibus populo orationem dñicam cum salutatio- ne angelica, semel orare pro pace & tranquillitate vniuersalis ecclesie & conuersione peccatorum.

## DE MODO ET FORMA INTRONIZANDI

indulgētiās. Capsa aptanda & custodia clauium

¶ Indulgentiarum intronizatio fiat cū exquisita diligentia & solennitate. Primū em̄ saluten̄ ecclesiarū prelati, capla, rectores & magistratus seculares pro fauoribus oportunis. Deinde apte tabula, & ad instar altaris cooperiatur cū tela aut palla nigra vel alteri coloris supra quā eleuet̄ & erigat̄ imago crucifixi vel crucis cū armis & insignijs sūmi pōtificis & apponant̄ cādelabra cū candelis ardētibus & durātibus diuinis officijs sup̄ tabula ponant̄ reliquie potiores, videlicet, capita, &c. Ordinetur etiam capsa firma tribus clauibus serata, in quam contributiones christifidelium immittantur, & ante tabulam apponatur. Clauū vno vnā Commissarius seu Subcommissarius. Aliam autem prelati seu dignior p̄sona ecclesie, in quā indulgentie ponentur. Tertiam vno procōsul vel alia persona digna sub fidelicustodia apud se retineat. Et sub penis in Bulla expressis, nemo capsam aperire presumat absq̄ speciali mandato commissariorū principalium. Verū vbi indulgentie in alio quo loco expirauerint, capsa ad sacrarium v' alium locum tutum interea deponatur, quoad de apertiōe eiusdem ac elemosynarum extractione per principales commissarios mandatum fuerit.

DE TEMPORE INTRONISATIONIS IN  
dulgentiarū, & ceremonijs circa eandē obseruandis.

**I**ntronisatio indulgentiarum precipue fiat circa dominicā Inuocauit, si saltem ita cōmode fieri poterit, alioquin diebus sequentibus, aut alio etiam tempore cōgruenti v̄puta Aduēsus domini. Precedente tamen in̄timatione in q̄buslibet locis circumuicinis. Et ad ecclesiam vbi crux erigenda est affigant̄ copia Bulle, Sūmariū, arma apostolica & alia que imprimi curauimus. Ad alias etiam parrochiales ecclesias aut principales cuiuslibet oppidi aut ciuitatis p̄fata affigi possunt. Adueniente itaq̄ intronisationis die clero magistratibus & populo p̄s auisatis & inuitatis, mane circa horam tertiarū. Prelati maiores ac vicecōmissarij nostri ornamentis melioribus induti, cū penitentiarijs & confessoribus instituendis in aliquā alia ecclesia q̄ vbi crux erecta est, expectent clerum & populū ex principali ecclesia in processione venientem Bulla seu eius transcripto maiori altari prefate ecclesie superimpositis. Et clerus in processione veniens canat Responsoria que habentur Dominica prima quadragesime videlicet Emendemus in melius etc. Ecce nunc tempus &c. que si nō habentur in notis recipiantur. Responsoria de patronis ecclesiarum. Quibus finitis & clero consistente iam in choro ecclesie in qua vicecōmissarij expectant Incipit vicecōmissarius Antiphonam Veni sc̄tē spiritus quā chorus continuet cū versiculo Emitte spiritū, & collecta. Deus qui corda &c. Deinde incipiet Antiphonā de sancto Petro Simon Bariona, quam chorus continuet tractim cantando. Sub hac recipiat vicecōmissarius manualē promissionē a confessoribus de fidelitate seruāda, prout supra statutū est. Et auctoritate apostolica per traditionē & assignationē baculorū alborum instituet eos penitentarios in nomine patris & filij & spiritus sancti. Dehinc legat versiculū Tū es petrus. cum collecta Deus qui beato petro, que habetur in festo cathedre Quo facto ordinatur processio versus ecclesiam maiorem cū canticis, Aduenisti desiderabilis. Summe trinitati. &c. secundum ecclesie distantiam. Deuēto ad ecclesiam principalem omnibus campanis pulsatis incipitur in organo vel alias solēniter. Te deum laudamus. Quo finito dicatur versiculus, Be-

nedicamus patrem. cum Collecta de sancta trinitate. Adiecto  
q̄ inter eundum post scholares & alium clerum Penitentiarij  
seu confessores cum baculis vadant de hinc duo de principalis  
oribus loci. quorū quilibet deferat vexillū armorū summi pōs  
tificis ante Bullam seu transsumptum. Ipsa vero bulla seu trās  
sumptum feratur a principalioribus prelati loci ultimo. Et de  
uento ad ecclesiam principalem super altare vel tabulam coos  
pertam ante imaginem crucifixi locetur. Confessoribus vero  
sedes a se inuicem distantes quatenus confitentes quiete confi  
teri valeant in ecclesia principali assignent super affixis armis  
pontificis, nominibus & cognominibus cuiuslibet cōfessorū.  
¶ Quod si modo forma & tempore premissis intronisatio hu  
iusmodi fieri cōmode non posset. cōmittunt principales com  
missarij vicecōmissarijs suis hoc ipsum immutādum, ita tamē  
q̄ semper attendatur honor omnipotentis dei & sedis aposto  
lice, ac populi deuotio. Precipue autem cōmittunt vicecōmis  
sarijs quatenus mox intronisatione facta siue ante siue post me  
ridiem sermonē ad populum fieri procurent Officia misse seu  
alia subiungendo,

### DE LOCO AVDIENDARVM CONFES

sionum, & consultatione super casibus dubijs.

¶ Item penitentiarij & confessores nequaquā audiant confes  
siones cuiuscūq; etiam confiteri volentis p̄ conlecutione in  
dulgentiā extra ecclesias in quibus deputati fuerint, nisi  
magnum prelatorū, ducum, comitum, baronum, & aliorū  
magnum nobilium aut personarum infirmitate seu alia le  
gittima causa detentarū. Insuper mulierum minas maritorum  
metuentiū quos vel quas nihilominus in alio loco honesto au  
dire poterint. Et quotiens contigerit casus dubios confessorij  
bus occurrere, illos audito consilio vicecommisariorum & a  
liorum penitentiariorum decidant.

### DE RESERVATIONE QVARVN

dam facultatum pro commissarijs & vice  
commisarijs. Et de abolutione p̄  
alijs penitentiarijs &  
confessoribus.

¶ Null' cōfessor sine speciali licētia intromittat se de cōmota

tionē vtorū. De dispensatione sup irregularitate qualitercūq;  
q; contracta. De compositiōe fructuū beneficiorum per symo-  
niā obtentorū, vel quomodolibet alias indebite, etiā ratione  
omissiōis horarū canonicarū & diuinorū officiorū etē. pcepto  
rū. De cōpositiōe sup bonis vsuraria v' symoniaca puitate, vel  
alias quōlibet male acquisitis vel ablatiis incertis & etiā certis  
que fenerator ab alio feneratore extorsit etē. ac sup bonis que  
pauperibus & alijs pīs locis in genere relicta fuerint. Iu super  
etiam cum his qui ante legitīmā etatem ad sacros etiam pres-  
byteratus ordines absq; aliqua dispensatione se promoueri fe-  
cerūt, & in susceptis ordinibus ministrarūt. De dispensatiōe cū  
eisde sup irregularitate quā etiā in dictis ordinibus ministran-  
do cōtraxerūt. Qd' q; in illis de cetero ministrare possint & va-  
leāt. ¶ De dispēlatiōe super affinitate, cōsanguinitate, ac cōs-  
gnatione carnali vel spiritali, ac publice honestatis iusticie,  
& alio quouis matrimonij impedimento. De compositiōe  
cum detentoribus honorū ecclesiasticorū. Et eorum honorū  
quecunq; legata vel alias quomodolibet etiam hereditatis ti-  
tulo pro male ablatorum restitutione relicta in testamētis, do-  
nationibus causa mortis, codicillis & alijs vltimis voluntati-  
bus. etē. fuerint Demū de cōpositiōe cū principibus p'latiis &  
magnatibus, & alias magnā familiā habētibus q; ad elemosy-  
nā in subsidiū dicte fabrice capse imponēdā Sed christifideles  
facultatibus hmōi indigētes remittāt ad cōmissarios principa-  
les, vel eorū subcōmissarios qui de huiusmodi cōmissionē spe-  
cialē habebūt, Poterint aut penitentiarij & confessores ipos  
cōfidentes ab omībus peccatis, excessibus, criminibus & deli-  
ctis quantūcūq; grauibus & enormibus, & ppter q; sedes apo-  
stolica merito foret cōsulenda, necnō a quibuscūq; excōmu-  
nicationis, suspensiōis & interdicti sententijs a iure vel ab ho-  
mine latis. In foro tñ cōscientie dumtaxat, & ad effectum di-  
ctas grās, indulgētias & facultates consequēdi absoluere. Eo-  
dempro q; absolutio eorū qui mādatis apostolicis circa hoc ne-  
gotiū dicto, facto vel cōsilio quoq; modo cōtrauerint, & illi-  
us occasiōe penas & cēsuras inciderint cōmissarijs principalis-  
bus aut qbus specialiter cōmiserint iuxta bulle tenorē satisfi-  
ctiōe tñ p'ua p'scūssimū dñm nostrū papā gratiose est reseruas

ta Sint tñ cauti confessores ne leuiter & sine cōsilio vicecōmissariorū vel saltem aliorū penitentiariorū absoluant presbyteri-  
cidas, patricidas, vxoricidas, & homicidas voluntarios impe-  
dientes libertatē & iurisdictionē ecclesiasticā, publicos vsuras-  
rios, piratas, raptores & depredatores viarū publicarū, depres-  
dantes Romipetas, sustinentes sententiā excōmunicatiōis ai-  
mo indurato vltra annū conspirantes in suum propriū pre-  
latum vel principem Incendiarios & effractores ecclesiarum  
& emunitatum illarum violatores, iniicientes manus violen-  
tas i clericū, cū enormi lesione, & ceteros casus papales in bul-  
la cene domini contentas cōmittentes, nec non magos, augu-  
res, incantatores, sortilegos, maleficos, hereticos, & quoscūq;  
alios a fide catholica & ritu vniuersalis ecclesie aberrantes, im-  
mo omnes tales ad peritiores & doctiores remittant, q̄ si sine  
periculo & nota personas huiusmodi remittere non poterint  
tunc saltem vice cōmissariorum aut confessorum graduatorū  
audito consilio eosdem absoluant.

#### DE PENITENTIIS PRIVATIS ET PVBLI- cis iniungendis. Et de illarum commutatione.

¶ Penitentiarij seu confessores nihil aliud loco satisfactiōn-  
pro indulgentiarum huiusmodi consecutione confitentibus  
sibi iniungant q̄ ad ordinationem cōmissariorū de qua pau-  
lo infra taxam aut elemosynā pro fabrica sepe dicte Basilice be-  
ati Petri in capfas ad hoc ordinatas per se aut alios immittant,  
nisi forte modicas orationes & preces & in restrictiōne recidi-  
ui. Eos vero qui enormes casus papales de quibus supra cōfess-  
si fuerint ad penitentiā publicā si fieri potest iuducant, exem-  
plo Christi innocentissimi qui pro redemptione mundi non  
erubuit vestibus spoliari, a lapis & flagellis cedi, aliasq; grauif-  
simas penas cum morte acerbissima sustinere. Et remittantur  
huiusmodi penitentes q̄ certis diebus vsq; ad vmbilicū denu-  
dati, virgam in vna & candelam i altera manibus ante pectus  
in modum crucis cancellatis, gerentes precedant clerū ad sta-  
tionem seu laudes crucis euntem, & ante crucem pstrati, can-  
tus finem expectent, cantu intermisso incipiant vicecōmissa-  
rii seu eorum locum tenentes psalmum Miserere, submissa vo-  
ce, interea penitentes deducantur quisq; a suo confessore. pri-

mo ad vice commissarium, de hinc ad alios confessores secundum ordinem, quorum quisque cum virga siue baculo tangat infra scapulas penitentis, dicendo Dominus deus indulgeat tibi in omnia delicta tua. finito psalmo cum Gloria patri. Vicecommissarius aut locum tenens subiungat. Kirieleyson Christeeleyson kirieleyson. Pater noster. Et ne nos &c. Saluum fac domine seruum tuum &c. Mitte ei domine &c. Domine exaudi. &c. Dominus vobiscum. Oremus. Deus cui proprium est misereri. &c. Tunc confessor penitentem ad genua erectum absoluat, legendo sibi absolutionem delictis suis accommodam, de qua statim infra, Et sic communioni fidelium restituat. Prouiso tamen ne alicui clerico iuueni seu decrepito, ac mulieribus que propter sexus verecundiam solum discalciantur, penitentia huiusmodi facile imponatur. Expediret etiam si saltem ad hoc induci possent penitentes pro huiusmodi grauibus & enormibus sceleribus bis aut ter ad confessores sub laudibus crucis remitti. Confessor autem absolvens talem ante absolutionem recipiat ab eo iuramentum. Primo quod velit stare mandatis ecclesie, ac ipsius absoluentis. Secundo prestare emendam & satisfacere lesis iuxta proprias facultates. Tertio facinus huiusmodi non iterare in quantum patitur humana fragilitas. Vbi vero propter periculum imminens, modus predictus non poterit obseruari. Poterint penitentes etiam vestiti remitti vt vadant de confessore ad confessorem in suis sedibus sedent, & disciplinam cum impositione baculi albi recipere Vbi autem persone notabiles alicuius dignitatis vel preeminentie induci non possent ad preagendum modo premissis publicam penitentiam poterint vicecommissarii seu confessores huiusmodi penitentiam in opus contributionis pro tam sancto negotio fabricae conuertere, habendo tamen respectum ad facultates confitentis ac qualitatem & quantitatem delicti secundum que contributionem moderari studeant.

#### FORMA ABSOLVTIONIS VNIVERSALIS.

☩ Misereatur tui &c. Dominus noster Iesus christus per meritum sue passionis te absoluat & ego auctoritate ipsius & apostolica mihi in hac parte commissa & tibi concessa te absoluo



a sententia excommunicationis maioris vel minoris si quam incurristi quantum ad effectum indulgentiarum huiusmodi consequendum dumtaxat, etiam a quibuscumque censuris & penis canonicis qualitercumque contractis, & a quibuscumque criminibus excessibus delictis & peccatis quantumcumque grauibus & enormibus etiam sedi apostolice & sanctissimo domino nostro papa reseruatis, dando tibi plenissimam omnium peccatorum tuorum veniam & remissionem, remittendoque tibi penas purgatorij in quantum clauis sancte matris ecclesie se extendunt. In nomine patris & filij & spiritus sancti Amen.

### DE EXTENSIONE SEU VARIATIONE

forme prefate ad facultates in Bulla expressas.

¶ Facta compositione super non restituendo addendum est. *Male ablati.*  
Et eadem auctoritate indulgeo atque concedo ut soluta parte tali vel tali summa pro hoc sancto opere a reliquorum iniuste possessorum vltiori restitutione absolutus existas & vltima minime restituere tenearis. In nomine patris & filij & spiritus sancti

¶ In commutatione votorum addendum est. Et eadem auctoritate tale vel tale votum in opus indulgentiarum huiusmodi commuto. In nomine patris & filij & spiritus sancti. *Votorum commutatio.*

¶ Quo ad irregulares & symoniacos, addendum est. Et eadem auctoritate dispenso tecum super irregularitate contracta, & super symonia in affectu ordinum vel beneficiorum commissa, & concedo tibi ut ad omnes etiam presbyteratus ordines possis promoueri. Et in susceptis per te ordinibus ministrare, ac sic acquisita beneficia ecclesiastica retinere, & alia quecumque beneficia tibi alias canonice conferenda recipere. In nomine patris & filij & spiritus sancti. *Irregularitas et Symonia.*

¶ Vbi beneficia symoniace adeptata de nouo conferuntur addendum erit. Et confero tibi de nouo quecumque quotcumque & qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura per te illicite acquisita cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, & eadem auctoritate te in realem & corporalem possessionem illorum de nouo immitto & induco. In nomine patris & filij & spiritus sancti. *Noua promissio.*

¶ Simili modo agendum est cum his qui prohibita contraxerunt matrimonia & consumarunt eos primum absoluendo iuribus. *Dispensatio matrimonialis.*

In foro cō-  
scientie.

xta formam vniuersalis absolutio nis. deinde cum eis dispen-  
sando, q̄ non obstante impedimento huiusmodi, in sic cōtra-  
cto per eos matrimonio in simul possint licite remanere, vel a-  
liud de nouo contrahere prolem legitimum decernē, prout  
clare habetur in Bulla. Et sic respectiue secundum exigētiam  
personarum & casuum variatur in particulari absolutio nis for-  
ma qd̄ totum relinquitur confessorum discretioni. Premis-  
sa tamen omnia intelligantur fieri in foro cōscientie dūtaxat.

### DISTINCTIO GRATIARVM ET FA- cultatum.

¶ Vicecommissarij nostri, Predicatores, Penitentiarij & con-  
fessores diligenter fideliter atq; distincte populo declarent, q̄  
cuilibet deuoto christiano offerunt in bulla apostolica quat-  
tuor maxime gratie quarum quelibet absq; alia seorsum pote-  
rit obtineri. ¶ Prima est sūma & plenissima omnium peccato-  
rum remissio, pro qua consequenda pre exigitur vera cordis  
contritio pro tempore & loco, de peccatis confessio, atq; pro  
fabrica ecclie sancti Petri iuxta confessoris informationem re-  
alis elemosine contributio. ¶ Secūda est cōfessionalis in latiss-  
sima forma concessio. ¶ Tertia est huiusmōi plenissime indul-  
gentie ad anias in purgatorio existentes pro q̄bus amici, aut  
alij christifideles elemosinā pro dicta fabrica pie erogauerint  
p̄ modū suffragij applicatio. ¶ Quarta est tā viuorū q̄ defūcto-  
rū oīm bonorū que fiūt & fieri poterūt in tota vli sacrosctā ec-  
clia militante & oīmibus mēbris eius p̄petua cōicatio & p̄tici-  
patio. Preterea superogant̄ multe & varie alie facultates ab-  
solutionū, dispēsationū, cōpositionū, prout hec ex serie Bulle  
clarent.

### ¶ QVALI ET QVANTA CONTRIBV-

tionē quelibet gratia aut facultas redimi poterit.

Et primo plenissime indulgentie atq; om-  
nium peccatorum remissio.

¶ Pro plenissima oīm p̄ctōrū remissioē obtinenda vltra con-  
tritionem & confessionē sacramētālē necessariū est christifide-  
les de bōis suis cōtribuere maritus & vxor sua cōiuncti ad ca-  
plā cōferāt, q̄ntū ipi cuiuscūq; status & cōditio nis fuerint p̄ vnā

hebdomadam pro se & familia ad victū consueuerunt expo-  
nere quotidianū. Sed pro liberis & prolibus vtriusq; sexus cō-  
iunctim in parentum potestate existentibus, sufficit medietas  
tem expensarū vnius hebdomade imponere. Priuate autem  
persone quantū pro expensis per vnam ebdomadā soluerint  
pro hoc sancto negotio contribuent, Familiares autē & manci-  
pati seruitijs, tantū contribuant quantū per integrum mēsem  
sallariū acceperint Episcopi ꝛo, Abbates, Prepositi & alij p̄-  
lati beneficia magni valoris & magnā familiam habentes. In-  
super, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Pres-  
fecti & Officiales iuxta dictamen rationis scđm magnificen-  
tiam & liberalitatem cuiuslibet ipsorum vicecommissariorū,  
& confessorum audito consilio & decreto, contributionem  
capse imponant seu imponi curent In premissis tamen omi-  
bus vicecommissariorum & confessorum moderatio locum  
habebit, qui scđm deum & conscientiam quo salutem animarū  
quieti conscientiarum, & indemnitati personarum consulat  
de contributione per quemlibet facienda decernent

### QUANTVM PRO CONFSSIONALI SOL- uere oporteat.

¶ Concessio cōfessionalis vberrimi q̄ est secūda gratia in bulla  
aplica cōtenta, & participatio oīm suffragiorū vniuersalis ec-  
clesie, nedū p̄ se, verū etiā parētib; & amicis defunctis (q̄ qui-  
dem est p̄petua & valet etiā post mortē, cū textus bulle dicat.  
Nūc & in p̄petuū participes fiant, etc.) q̄ est quarta gratia iux-  
ta cōtinentiā bulle sunt simul adunate, & in eisdē literis testi-  
monialibus q̄ cōfessionalia appellant̄ coimpresso. Et q̄a p̄ cō-  
fessionali in forma penitētiarie aplice in vrbe Romana ad mi-  
nus duos florenos reneñ. auri exponere oportet, qđ tñ nō dat̄  
in tā ampla forma p̄cipue quo ad facultatē remissiois plenarie  
semel in vita & in mortis articulo totiēs quotiēs imminet.  
Et etiā quo ad predictā cōmunicationē oīm bonorū. Ideo pro  
hmōi gratijs in eisdē literis cōtēntis & cōfessionali hmōi quar-  
tam partē vnius floreni reneñ. in auro christifideles pro tam  
sancto & necessario opere fabricę contribuent.

TAXA ELEMOSINE PRO ANIMABVS  
in purgatorio.

¶ Viui volentes pro parentibus suis amicis aut alijs christifidelibus defunctis plenissimam indulgentiam & remissionē redimere, habito respectu ad pene purgatorij acerbicatem & quantitatem bonorum aut beneficiorum a defunctis ipsis obtentorum & ad obligationem quæ debentur parentibus & amicis quæ heredes sunt ad debita & oportuna suffragia, conferent pro tanto sancto opere fabricæ quantum pro se ipsis viuis pro plenissima remissione contribuerunt, moderatione tamen vice commissariorum & confessorum semper salua, qui etiam ad medietatē aut tertiam aut quartam partes huiusmodi elemosynam imponendam prout expedire nouerint redigere poterint. Nec erit necessarium volentes defunctis subuenire contritos esse, aut confessos, quoniam opus huiusmodi non merito viuorum sed defunctorum charitati innititur.

### QUANTVM PRO ALIIS DIVERSIS

facultatibus Christifideles contribuent.

¶ Facultates in Bulla apostolica supererogate que sunt votorum commutatio, varie dispensationes super irregularitate qualis tertiūque contracta (Bigamie & homicidij voluntarij exceptis) Collatio beneficiorum per symoniā obtentorum. Cōpositio fructuū male perceptorum ex beneficijs, ac de bonis per vsurariam prauitatem, rapinam aut alias male quesitis, etiam ecclesiasticis ac dispensatio cum illicite coniugatis poterint per christifideles redimi, si saltem cōmode fieri potest, tanta contributione quantam alias pro illarum consecutione eundo, stando redeundo, pro litteris dispensationū expediendis per se vel per nuncium missum expenderent, redimentes eomodo tempus quod in itinere contriuisissent & impensas quas fecissent, similiter viarum pericula. Sed quantum ad male acquisita omnino cōsulendum est vt totum pro fabrica huiusmodi restituant, quod si induci absque cōmodo non poterunt, vice commissarij & confessores attenda qualitate personarum cum eisdem iuxta suam discretionem componere possunt. & dimidiam, tertiam, aut quartam partes taxe expensarum & bonorum huiusmodi remittere, reliquum vero in vsu fabricæ & huius sancti negotij iuxta legem eisdem prescriptam conuertere.

### AVISATIO CONFESSORVM

circa predicta.

**¶** Vicecommissarij & confessores attente & diligenter considerent. Quod, manente Petri seu eius vicarij Pape priuilegio ex ipsius equitate feratur iudiciū, facilitas etiā venie incentiuum prebet delinquendi ideoq; cum magna & sollicita discussione deliberatione, maturitate & prouidentia, casus dispensationum, cōmutationum, compositionum estimate & ponderēt, atq; contributionem pro eisdem faciendam ita prouide ac discrete moderentur, ne auctoritas ecclesie maxima, & thesaur<sup>9</sup> indulgentialis huiusmodi apud vulgum vilescat, & ne diuitibus blandiendo parcat aut pauperes vltra vires grauentur super quo eorū conscientias volumus precipue esse oneratas.

### MODVS CONSULENDI IMPEDITIS

& pauperibus. Et qui censeantur impediti.

**¶** Quatenus regnum celorum eque pauperibus & diuitibus potentibus & impotentibus pateat, cum in omni gente qui timet deum acceptus est illi. Declaramus impeditos esse captiuos omnes ac vinculis detentos, personas partui vicinas, aut proles nutriendas quibus abesse non possent habentes. Item eos qui propter inimicicias bannum, vel alias timore mortis vel periculi locum indulgentiarum nec valent nec audent accedere. Item mulieres coniugatas quibus sine consensu viri & filios & filias quibus absq; voluntate parentum abire non licet. Senes valitudinarios diuinis aut humanis seruitijs implicatos, & vniuersaliter omnes quibus de iure vel facto peregrinari non licet.

### QVI SINT PAUPERES.

**¶** Pauperes vero esse declaramus. Primo victum mendicantes. Secundo religiosos mendicantes vtriusq; sexus, Tertio religiosos nō mendicantes sub obedientia superiorū suorū viuentes, non habentes peculium iuste comparatū, ac taxam imponendam non potentes a superiore impetrare. Quarto eos qui laboribus manū suarū victū q̄ritāt, nec tm̄ habēt de bonis temporalibus repositis q̄ntū eis sufficeret ad victū vnius septimæ casu quo superueniret infirmitas aut aliud impedimentum, laborem aut artificium suum non exercendi. Itaq; impediti bonam voluntatem deo offerant, que p̄ facto acceptat̄ in dubiis, & quantū poterint de bonis suis iuxta cōfessorū cōsilia

pro tam sancto opere conferant nō diffidentes quin & ipi plenissimas indulgentias, gratias & alias facultates mereri poterint, sicut hūilitate & expedite ad loca indulgentiarū accedere possunt, ¶ Cōiugate v̄o persone cum non possint de bonis maritorū ipis inuitis contribuere, de suis p̄p̄rijs dotalibus seu parafrenalibus aut alias ex peculio iusto conquisitis bonis, inuitis etiam maritis ad capsam conferāt, q̄ si nil habuerint a deuotis alijs impetrent, aut orōibus q̄ nō habēt suppleāt. Pauperes v̄o a diuitibus deuotis elemosynas imponendas impetrent, & defectū impetrationis & contributionis huiusmodi iuxta confessorum suorum consilia orationibus deuotis ad deum compensent

### MODVS AGENDI CVM RELIGIOSIS VTRIUSQ; SEXUS ORDINUM QUORUMCUNQ;.

¶ Quia propter humani generis fragilitatem etiam salutē animarū quorūcunq; religiosorum vtriusq; sexus tam mendicantium q̄ non mendicantium ordinū consulatur. Statuimus, q̄ religiosi certos redditus & p̄uentus annuos habentes, vtputa Canonici regulares, ordinis sancti Benedicti aut Cisterciensium, Carthusiensium, et̄. cum vicecommissarijs nostris, p̄ tota sua congregatiōe sup̄ elemosyna cōtribuenda sc̄d̄m dictamē refectionis & facultates suas conuenire poterint & componere p̄ consequenda plenissima remissione. Insup̄ etiam redimere poterint confessionale vnum, nomina oīm fratrum & sororum continēs, componendo cū vicecommissarijs nostris sup̄ elemosyna contribuenda p̄ eodem sicut nouerint expedire sc̄d̄m deū & conscientiam rectam. Priores v̄o & Guardiani ordinis mendicantium, ac fratres & sorores eorūdem missis, obsequijs consilijs & auxilijs, p̄ hoc sacro negotio oportunitis ac orationibus deuotis prout supra dictum est contributionem huiusmodi compēscent, & dū modo iisdem de negotio sacrosancto diligentia & fidelitate sua bene meriti fuerint. cōfessionale gratis & pro deo accipient.

### ¶ QVALITER VT NVNC INDISPOSITIS & reciduantibus consulatur.

¶ Ad remouendū cōscientiarū scrupulos pro indubitato te-  
neatur. Q, si quis tempe quo huiusmodi indulgentie publicā  
tur propter odiū, inimiciā, rixam, vel rancōrem cū proximo  
aut ex alijs causis ad confitendū debite p̄ctā sua indispositus fu-  
erit, licet forte in alijs dispositus sit. Et stante dicta publicatio-  
ne iuxta ordinationē predictam ad capsam cōtribuerit, pote-  
rit nihilominus ante finem principalis termini huic negotio  
prefixi, quo die vel anno sibi cōueniens fuerit confessori pro  
tempore deputato seu per ipsum electo confiteri, & eisdem q-  
bus alijs gratijs & facultatibus potiri. Necnon q̄ qui indulgen-  
tias & gratias huiusmodi consequutus recidua uerit aut obli-  
torū recordatus fuerit possit nihilominus de nouo ī locis ubi  
negotiū indulgentiale adhuc agitur confiteri, contribuere, ac  
plenissimas indulgentias redimere/ nec habebit priorem con-  
fessorem repetere, nisi ex laudabili congruentia.

#### DE LAVDIBVS QVOTIDIANIS.

¶ Diebus dominicis & uirgini Marie sacratis ac tertijs & qu-  
tis ferijs & sabbato sub cōpletorio pulsetur campana maior &  
eodem finito Vicecommissarij cū cōfessoribus cum clericis a-  
lijs & duobus pueris cereos ardentis portantibus ad stationē  
descendant, & in medio eccelsie versus crucem ad utrumq; la-  
tus stabūt cantantes Antiphonam. Aue regina celoz & c. cum  
psalmo. Ora pro nobis, & Collecta Famuloz tuoz. Vel quod  
magis uideretur appropriatū negotio huic Antiphonam de  
sancto Petro Simon Bariona cum versiculo & collecta ut sup̄  
circa intronisationē. His finitis duo pueri flexis genibus corā  
cruce cantent aliquot versus ex Hymno. Ex more docti misti-  
co si fuerit in quadragesima uidelicet Dicamus omnes cernui  
clamemus atq; singuli Choro continuante Ploremus ante iu-  
dicem & c. Iterū pueri Nostris malis & c. Chorus Effunde nos-  
bis & c. Pueri. Memento q̄ sumus & c. Chorus. Ne des hono-  
rem & c. Pueri. Laxa malum & c. Chorus. Placere quo tandē  
tibi & c. Dehinc versiculus & Collecta pro peccatis. Et cū An-  
tiphona de patronis vel de om̄ibus sanctis. Laudē dicite, sit re-  
gressus ad chorū. Versi. Exultabūt sancti & c. Letabunt & c.  
Oro. Om̄ipotēs sempiternē deus immēsa clemētiā tuā humis

liter imploramus, vt qui fragilitate carnis prepediti innume-  
rabiler peccauimus, sanctorum tuorum omnium assiduis pre-  
cibus adiuuemur, quatenus eorum suffragantibus meritis ab  
omni aduersitate mentis & corporis liberemur. Per christum  
dominum nostrum. Amen.

¶ Secundis vero & quartis ferijs cum Antiphona Media vita  
descenditur ad stationem Et dicatur versiculus & collecta pro  
peccatis. Deinde pueri canant flexis genibus. O crux aue spes  
vnica &c. Chorus respondet. Hoc gratioso tempore. De hinc  
pueri. Te summa &c. Chorus. Collaudat omnis. &c. cum versu-  
culo & collecta de sancta cruce vel passione domini, & cū an-  
tiphona vt supra fit reditus ad chorum. Sextis autem ferijs can-  
tabitur Antiphona O crux gloriosa &c. Et deinde pueri O crux  
aue spes &c. vt supra. Et hic vltimus modus poterit obseruari  
singulis diebus extra quadragesimam.

### RITVS FINIENDI INDVLGENTIAS in locis particularibus.

¶ Instante termino in durationis aliquo loco indulgentiarū ple-  
nissimarū in aliquo die celebri aut dominico ordine processio  
solemnis circū ecclesias et earū cimiteria cū canticis de die aut  
patronis ecclesiarū. Et deferantur reliquie notabiliores, et in re-  
ditu ad ecclesiā seruetur statio cum Antiphona de sancto Petro  
Simon Bariona cum versiculo & collecta vt supra, & incipiat  
tunc in maiori organo Te deum laudamus et c., choro alterna-  
tim respondēte deuote ad versum Te ergo quesumus &c. Qui  
omnino per choros ~~etiam~~ cantetur, accedat Vicecōmissarius  
cum suis p̄fessoribus gestantibus baculos in manibus ad crucē  
et eandē prius ad hoc dispositā & p̄paratā deuote deponāt, ac  
tabule & capse ante crucem cōstitutis sup̄imponāt. Quo facto  
iterū se ad stationē vt supra se conferant, & sub reliquis v̄sibus  
vt puta Saluū fac populū et c. cōfessores ordinate vnus post ali-  
um vsq; ad crucem accedant deuote inclinando & baculos ab-  
bos cum resignatiōe potestatis eorum cruci sup̄imponāt, dēpto  
Vicecōmissario, si saltē ad plura alia loca subdeputatus fuerit.  
Qd̄ si ad locum illum tantū mandatū acceperit etiam baculū



deponat & resignet.


¶ De capsa vero & elemosynis collectis agatur prout supra cō  
stituimus circa modum & formam intronifandi.


AD LAUDEM DEI. . .


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain names and possibly a date or location.

AD. LAVIDEN DEI.









1. Fünf der Titel auf N<sup>o</sup> 2 am Kopf.
2. Nay H. Paulus, Titel N<sup>o</sup> 32 lautet der Titel von sublimi Anzuge  
 [S. l. e. a. 16. Bl. 40]  
 Königsberg: Abrenigrodi?

Instructio Summaria pro subcommissariis: penitentiaris  
 et confessoribus; in executionem gratie plenissimarum  
 indulgentiarum: ac aliarum plenissimarum facultatum:  
 in favorem Basilice principis apostolorum de urbe: per  
 Leonem decimum modernum in forma Jubilei: largissime  
 concessarum subdeputandis et ordinandis.

[Abrenigrodi Formam introspici]

Derselbe Titel auf bei Köhler, Dokument  
 nay Kapp, Königsberg Nr 25 S. 118ff.

Man die J. Summaria, nay J. Confessorum bei Parzer

LB 57 94

M. Brechtel - Berlin

Angew III #946

29. März 1911.

In unserer Bibliographie.

Mundt bei Panzer, Proctor, n/m

Mundt auf den Münzen Joh. u. Hartobill,  
Kgl. Bibl. Berlin n/m

1517.

May N. Paulus, Joh. Fatzel N. 32, O. 3 nur auf der  
Nordbibl. z. Königsberg u. Graf Nolte, Bibl. z. Schwun-  
rode

Ables von Albr. u. Brandenburg, fgl. Mainz

für die Urkundenkommission, Penitenzarien u. Briefwechsel zum  
Anschließen des Ablesendell. - Anst. zu Leipzig?

Lehrbuch u. Schrift in J. E. Kappeler, Sammlung einiger z. sächs. Ables  
geschichtlicher Schriften. Leipzig 1721. N. 93 u. 117.

Waltz, Schriftl. Briefe von Albr. u. Mainz 1899. XV No 72.

Handbuch Schriftl. J. May, Albr. u. Mainz bei I. Beilage,  
No XVIII, S. 43-47

May, J. May, Albr. u. Mainz I 1865. S. 125f

Schriftl. Briefe in der Leipziger Anst. u. Schriftl. No. LVIII, N. 7. (1729-1740)

Über die Randgleiten bei Waltz. (Halle, H. Anst. 1734-1753)

N. Paulus, Johann Fatzel. Mainz. 1899. N. 32.

N. Köhler, Dokumente zum Ables/Vertrag von 1517. Leipzig 1902. N. 104.

